



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

615. Vicarii Capitularis officium quando exspiret.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

*Quaestio 613. An Vicario Capitulari debeat salarium, quantum, & unde desumendum?*

1. **R** Esp. ad primum. Vicario Capitulari debeat salarium competens, cum nemo teneatur suis stipendiis militare. Ventriglia tom. 2. annor. 15. §. 2. num. 33. Pax Jord. lib. 12. tit. 2. num. 17. Pignat. tom. 9. consult. 105. num. 1. Barbosa. jur. eccl. l. 1. c. 32. n. 36. testans sic censuisse S. Congregationem sub die 15. Octob. 1601. Proceeditque idipsum, sive Vicarius hic sit extraneus, sive de gremio, & Canonicus. Ventriglia loc. cit. citans Quarant. summ. Bullar. v. Capit. sede vac. num. 3. Neque propterea, quod sit Canonicus de gremio, minus habere debet salarium. Pax-Jord. loc. cit. Item procedere hoc ipsum pro tempore, quo extra diocesim per vim detineretur Vicarius Capitularis, si per ipsum non steterit, quin exerceret suum munus, asserit Pignat. loc. cit. num. 3. citatque pro hoc Caphal. consult. 70. num. 4. & seq. l. 1. ac probat variis textibus Juris civilis L. Menia. de an. legat. L. Cajo. de alim. & cibar. legator. L. 1. de var. & extraord. cognit. L. diem defuncto. de off. Assess.

2. Respondet ad secundum idem Pignat. loco cit. num. 2. ubi: competens salarium licet sit, quod laboribus est proportionatum, taxari tamen debet juxta solitum ex decis. Merlini 162. ut debeat in ea quantitate, in qua alius Vicarius immediatus praedecessor habuit, etiamsi alii majorem, aut minorem quantitatem habuerint juxta doctrinam Baldi in L. laudabile. num. 4. cap. de advocat. divers. judic. ac plenè Bero cons. 157. lib. 3. Ciriac. controv. 67. num. 3. & seq. l. 1. & declaravit S. Congregatio super Episc. in Vini-miliensi 15. Octob. 1601. & 15. Jan. 1602. Porro non posse Capitulum pacisci cum Vicario per se eligendo, ut teneatur salarium, vel emolumentum dividere inter Canonicos, tradit Ventriglia loc. cit. ex Quarant. cit. num. 3. & Navar. consult. 2. de off. Vicar. De cetero pacta alia circa salarium hoc Vicarii, ejusque quantitatem minime prohibentur. Pax-Jord. citato tit. 2. num. 66. uti idipsum patebit ex respons. ad quaest. seq.

3. Resp. ad tertium: salarium illud desumi posse ex emolumentis sede vacante obvienti-tibus ex jurisdictione, sigillo, aut aliis unde-cunque, quae ad Episcopum ecclesiam non vacante pertinuerint, & futuro Episcopo alias referari debent. Pax-Jord. loc. cit. num. 32. Et sic, ad quemcunque demum pertineant dicta emolumenta sede vacante, etiamsi sit Camera Apostolica, posse Capitulum inde deducere expensas pro ministris Curiae, & in specie pro salario Vicarii Capitularis, tradit Ventrigl. loc. cit. §. 1. num. 24. citatis Vulpe. in pr. cap. 44. nu. 13. Quarant. Meroll. & c.

*Quaestio 614. An, & qualiter ad dictum salarium solvendum Vicario Capitulari teneantur Episcopi successores?*

**R** Esp. Ad salarium etiam non conventum, neque solitum, etiam Vicario Capitulari sede vacante solvendum tenetur Episcopus successor, ubi ei reservata emolumenta obvienti-entia tempore sedis vacantis, & is ea percepit. Pax-Jord. lib. 12. tit. 1. num. 13. citans Galet. in Mar-garit. v. Vicarius. Barbosa, & c. Et sic num. 15. ait jdem Pax-Jord. citans Campanil. Rubric. 11. cap. 33. num. 14. & seq. Gratian. & c. fructus omnes mensae Episcopalis reservari successori ad hoc, ut obligetur ad salarium Vicario Capitulari; & si ad alium pertinere, non Episcopus successor, sed iste alius eorum perceptor ad id teneatur. Quin & num. 16. subdit ex eodem Campanil. Capitulum posse cum Vicario pacisci circa salarium a successore in Episcopatu praestandum, Episcopumque teneri stare quoad hoc punctum promissis Capituli. Plura de salario hoc vide supra, ubi de hoc quoad Vicarium Episcopi actum: ubi etiam in quibus casibus peti non possit salarium a Vicario (de quo vide tantisper Pax-Jord. cit. tit. 1. nu. 17.) quae in multis applicari quoque poterunt Vicario Capitulari.

*Quaestio 615. Vicarii Capitularis officium quandonam expiret?*

1. **R** Esp. primò. Capitulum potest ad tempus determinatum deputare Vicarium, & si ita fecit, utique administratio & officium Vicarii expirabunt dicto tempore elapso. Pax Jord. lib. 12. tit. 2. num. 58. Diana part. 8. traët. 4. resol. 69. in fine. Ventriglia cit. §. 2. num. 60. citantes Mer-roll. tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 35. num. 325. & 326.

2. Resp. secundò. Si verò sine temporis praefinitione deputatus fuerit, sive à Capitulo, sive à Metropolitano, expirat ejus officium, quamprimùm sedes definit esse vacans. Pax Jord. Ventriglia, Diana locis cit. Prih. ad tit. de offic. Vicar. num. 79. Barbosa loc. cit. num. 43. quia & tunc ipsius Capituli jurisdictio terminatur, seu definit ea existeri penes Capitulum habitualiter, cessante autem jurisdictione Capituli, cessat & jurisdictio Vicarii (intellige quoad exercitium.) Sbroz. lib. 3. quest. 42. num. 8. Laym. ad c. Romana. de off. Vicar. num. 16. Porro sedis vacatio, etsi quantum est de jure communi, duret solum usque ad confirmationem, institutionem, seu provisionem à sede Apostolica factam. Gonz. ad regul. 8. gl. 15 §. 2. num. 80. & ex eo Pax Jordana. lib. 12. tit. 2. num. 48. citans pro hoc Pavin. de potest. Capit. pralud. 7. num. 16. in fine. Felin. in cap. cum Bertoldus. num. 3. de re judic. Rotam decis. 6. in princ. de elect. in novis; ita ut per dictam confirmationem, institutionem, seu provisionem acquiratur novo Praelato exercitium jurisdictionis

ante

ante apprehensionem possessionis, Gonz. loc. cit. num. 81. & ex eo iterum Pax-Jordan. loc. cit. citans gloss. communiter receptam in cap. penult. de prob. in 6. v. collatio. Abb. in cap. transmissum. de elect. nu. 2. & 3. Baifum. de elect. part. 3. cap. 4. num. 4. Garciaâ part. 5. cap. 4. num. 243. & 250. citans Covar. lib. 3. var. cap. 16. num. 6. Selv. de benef. part. 2. quest. 15. Suar. Lamb. &c. & ego For. benef. part. 2. quest. 668. num. 3. adeoque jam cesset jurisdictionis habitua- lis existentia penes Capitulum, ejusque admini- stratio in Vicario Capitulari. Hodie tamen post Extravag. injuncta. de elect. inter comm. non ante ces- sat sedis vacatio, quam si confirmationis, insti- tutionis, & provisionis hujusmodi Apostolica litera sint expedita, & actualiter præsentata ipsi Capitulo, cujus Prælati sedes vacabat. Gonz. loc. cit. num. 83. Pax-Jord. loc. cit. num. 49. citans Re- buff. in pr. tit. de simon. resign. num. 31. & 40. Vita- lin. in Clem. 1. de hæretic. num. 178. Barbof. de potest. Episc. alleg. 54. num. 160. & seq. prout expressè dis- ponitur per dictam Extravag. Addit Gonz. nu. 84. & ex eo Pax-Jord. num. 50. proinde non aliter in- telligendos Doctores, dum simpliciter dicunt, quod litera debeant esse expedita, ut dicantur ecclesia non amplius vacare, absque eo, quod fa- ciant mentionem de præsentatione literarum; eò quod dum Doctores (quorum quamplurimos ci- tat Gonz. cit. num. 84.) ita simpliciter loquentes & asserentes, quod necessaria sit expeditio lite- rarum, per hoc non excludant earum transpor- tationem, ostensionem, & præsentationem. Imò eam supponunt, ex quo ad id probandum alle- gant dictam Extravag. injuncta. qua de literarum o- stensione & præsentatione expressè disponit, con- tinetque decretum irritans, & graves pœnas in- tentat non solum utenti jurisdictione, sed etiam Capitulo, seu Conventui admittenti ad posses- sionem, seu jurisdictionis exercitium ante dicta- rum literarum præsentationem. Dictum siquidem Doctoris semper intelligi debet secundum le- gem, quam allegat, ut rectè Gonz. loc. cit. num. 86. citans Bartol. in L. non solum. §. liberationis. num. 7. ff. de liberat. Legat. Confirmat hoc ipsum Gonz. num. 87. decis. Rota in Burgenf. Canonizat. 3. Junii 1583. in qua conclusum fuerat, validam collatio- nem canonicatus in mense ordinario vacantis fa- ctam à Capitulo Burgenf. spreto Episcopo jam promotò expeditas literas suæ provisionis habente, nondum tamen illas præsentante, quamvis alias Episcopus ille simultaneam haberet cum dic- to Capitulo collationem; eò quod, cum adhuc duraret vacatio ecclesie, potuit fieri collatio à so- lo Capitulo sine requisitione aut interventione Episcopi. Quin & ut dixi in For. benef. part. 2. qu. 668. num. 3. in fine. ex Garc. part. 5. cap. 4. num. 254. & 255. seclusa etiam illâ Extravag. injuncta. æquum videtur non posse Episcopum ingerere se admini- strationi, & jurisdictionis exercitio, nisi dictis li- teris præsentatis Capitulo, de cujus præjudicio agitur, & de tollenda ei administratione & juris- dictione habita ab eo sede vacante, à qua prius desistere non tenetur. Proinde jam cavendum, ut

monet Gonz. num. 88. & ex eo Pax-Jord. num. 5. à Parisio, quatenus de resignat. lib. 7. quest. 23. nu. 46. & 47. docet, quod cesset vacatio sedis, & potestas Capituli statim post provisionem ante captam possessionem, & pro hoc citat decis. Rotæ in Bur- genf. canonic. de 28. Jan. 1583. utpote quæ decisio dein melius examinata dispositione dicta Extravag. re- vocata fuit per aliam ei contrariam in eadem cau- sa 3. Jun. ejusdem anni 1583. & hanc decisionem ul- timam, & revocatoriam prioris fuisse postmo- dum sæpius à Rota canonizatam ait Gonz. Atque ex his concluditur ad expirationem potestatis Ca- pituli, ejusque Vicarii requiri non solum propo- sitionem in Consistorio, factamque in eo promo- tionem, & dein literarum expeditionem, etiam cum certa prædictorum scientia habita à Capitu- lo; sed insuper opus esse actuali ostensione & præ- sentatione dictarum literarum, sive Brevis loco ipsarum facta Capitulo, Pax-Jordan. loc. cit. num. 56.

3. Verùm reflectendum hic ad hoc, quod dixi in For. benef. part. 2. quest. 431. num. 3. nempe, quod ubi adest consuetudo legitime præscripta admini- strandi ante confirmationem interitum dum expe- titur & expectatur, ea valeat & sustineatur. Pas- serin. de elect. cap. 33. num. 36. citans Tusch. lit. E. conclus. 90. Sigism. de Bonon. de elect. dub. 42. Ric- cium, &c. Item quod dictum ibi num. 7. posse Episcopos, aliosque Prælatos Papæ immediatè sub- jectos, dum remoti valde sunt ab Urbe, & in con- cordia electi, administrationem in spiritualibus & temporalibus capere ante confirmationem vi- textus c. nihil. de elect. Nam etsi ante confirmatio- nem illorum dici nequeat sedes iterum plena, dum tamen interea, seu tantisper absque eo, quod jus in prælatura habeant, conceditur iis jurisdic- tio & administratio à consuetudine tolerata, vel ab ipsa sede Apostolica, aut jure communi, ut contingit in dicto cap. nihil. hoc ipso, quod illi ju- risdictionem usurpent, & administrationem ad- eant, cessabit jam ea in Capitulo, ejusque Vica- rio, neque is, aut illud se in ea immiscere amplius poterit. Cessat enim jam ratio, cur tempore sedis vacantis eam devolvi ad Capitulum jura volue- runt, nempe ne ecclesia grave damnum pa- tiatur, dum gubernatore & administratore ca- teret.

4. Resp. tertio. Cessat Capituli & Vicarii potestas, si à sede Apostolica vacantis ecclesie administratio alicui fuerit commissa. Pax-Jordan. loc. cit. num. 57. talis enim habetur loco Pastoris, & omnia præstare valet in spiritualibus & tempo- ralibus, quæ verè provifus. Pax-Jordan. loc. cit. Sbroz. lib. 1. quest. 42. num. 1. & 2. citans Ro- man. consult. 506. num. 13. potestque is ipse admi- nistrator creare Vicarium, quemadmodum Capi- tulum. Pax-Jordan. loc. cit. quin & ut Sbroz. ci- tans pro hoc Paris. conf. 22. num. 19. in 4. debet creare Vicarium, quia à pari procedunt Capitu- lum sede vacante, & talis administrator,

Questio